



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

45 Otho Saxoniae Rex à Papa Ioanne XII. coronatus, & à Francis Imperium  
transtulit in Germanos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- ne occultè necatus fuit. ut per Luitprand. *lib. 1, c. 10, quem sequi.* Baro. *ann. 910, in prin.*
- 40 Lamberto mortuo, Berengarius summa rerum potitus est, & anno 915, à Jo. Papa X. Romæ in Imperatorem inunctus fuit, ut post Sigo. *de Reg. Ital. lib. 6, Baro. annal. 915, §, quod ad Ioan. & imperavit usque ad annum 924, quo à suis † fuit occisus ut post Luitpran. & Frossard ejusdem temporis accuratum chronographū, ut testatur Bart. tenet idem Baron. anna. 924. in princ. & deinde pluribus annis vacavit Imperium, donec auctoritate Pontificia in Othonem Regem Saxonum ad Germanos fuit translatum, ut per Belarm. *de transl. Imper. Rom. lib. 2, cap. 1, in fin. & cap. §, accedant, etiam in fin. & Genebrar. chron. anna 912, pag. 320.**
- 42 Interim in Gallis proceres Francorum, Carolo simplici Rege relicto, elegerunt Robertum Comitem, Regem, quem solemnī ritu Archiepisc. Rhemensis unxit, ut post Frossard. *Baron. annal. 923, §, hoc pariter, & sequenti anno Carolus cum exercitu contra Robertum imparatum irruens, conflato prælio, illum necavit, ac Hugone filio ad patris vindictam cum exercitu parato, Carolus fuga sibi consuluit, & demum dolo Eriberti Comitis captus, in carcerem detrusus fuit. Quapropter proceres Regni Rodulp. Richardi filium è Burgundia vocatum, in Regem elegerunt, ut post Frossard. idem Baron. *annal. 923, eod. §, hoc pariter.* Deinde Carol. de carcere educus, & depositus, iterumque in carcerem coniectus, ut per eundem Baro. *anna. 927, in princ.* infra biennium in carcerem decessit relicto Ludovico filio, qui educabatur in Anglia, & interim*
- Rodulf. regnare cepit, ut post Frossard: *in chron. ejusdem anni, Baro. ann. 929, in prin.*
- 43 Rodulfo de anno 936, defuncto dictus Ludovicus Caroli Simplicis filius ab Anglia revocatus ad coronam Regni suscipiendam ab Artaldo Archiepisc. Rhemen. in Regem Francorum coronatus fuit, ut tradit Baro. *annal. 936, §, quo pariter eoque mortuo.* Lotharius ejus filius puer ab eodem Rhemenfi Archiepisc. fuit coronatus, ut per Frossard. *relatum à Baron: anna. 954, §, quo pariter.*
- 44 Decessit Lotharius, cum regnasset annos triginta, relinquens Regni hæredem Ludovicum filium unicum, qui etiam anno sequenti sine liberis decessit, & contempto Carolo patruo, Lotharii fratre, Regnum Francorum ad Hugonem Capetum Ducem Parisiensem delatum fuit, ut post alios Baro: *annal. 986, & 987, in princ.*
- Carolus autem Lotharii frater, & Ludovici patruus, Civitatem Rhemensē proditoriè accepit qua potitus fuit. *Bar. annal. 990, §, eod. anno, & sequenti anno eod. Carolo ab Hugone Capeto Rege capto, præcisus fuit ab eo Regnum Francorum, & Caroli Magni familia finem habuit, ut per eundem Baro. eod. anna. 900. in fin.*
- 45 Regrediendo nunc ad Imperium occidentale, ejus translationis occasione hæc pauca de Regum, & Imperatorum descendencia mihi attigisse sufficiant, mortuo Berengario, Francorum Reges coronam Imperialem non fuerunt affecuti, sed primus eadem imperiali corona post Berengarium, Otho Saxonix Rex, Henrici Regis filius fuit decoratus, qui Romam pacificè

cificè adiens amicabilem exceptus, à Papa Joanne XII. Imperator, & Augustus vocatus fuit, & ordinatus, ut per Frofard. quem refert, & sequitur Card. Baro. *ann. 912, in princip.* & post plures alios per ipsum citatos Card. Bellarm. *de transl. Imper. Romani lib. 2, cap. 3. per tot.* & ex persona ipsius Othonis, non autem Henrici Regis patris, ut aliqui scripserunt, qui Imperialem coronam non fuit assecutus, ut per Bellarm. *dict. lib. 2, cap. 2, in princ.* Imperium Occidentale auctoritate Pontificia fuit translatum ad Germanos, idem Cardin. Bellarm. *eod. cap. 3.* & Baron. *dict. annal. 962, in princ.*

46 Non enim jure Imperator dici potest, qui à Papa non est coronatus, Clementin. unic. in princip. de jure jurand. & Baron. *annal. 871, §. dicitur autem, & §. illud autem, & ann. 888, §. eodem anno, tom. 10.* Ideò, quia Henricus, nec Conradus, minusque Ludovicus Arnulphi filius, Reges coronam Imperialem habuerunt, in aliorum Imperatorum numero minimè fue-

runt ascripti, ut post plures per ipsum citatos, testatur Bellarm. *dict. cap. 2, §. accedant postremo.*

47 Demum Innocentius Quartus, qui pluribus nefandis excessibus commissis causantibus, sacro præsente Concilio Lugdun. Fridericum Secundum, Imperio, & Regnis omni que honore, & dignitate privatum Domino ostendit, denunciavit, & sententiando privavit; atque omnes, qui ei juramento fidelitatis tenebantur astricti, à juramento hujusmodi perpetuò absolvit auctoritate Apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero illi tantquam Imperatori, vel Regi, pareret, decernendo quoslibet, qui ei deinceps velut Imperatori, vel Regi, consilium, vel auxilium præstarent, seu favorem, ipso facto excommunicationis sententiæ subiacere, & eisdem ad quos in eodem Imperio Imperatoris spectabat electio, ut eligerent liberè successorem, permisit, ac liberè declaravit, *cap. ad Apostolica, de sent. & re jud. in 6.*

## DE GRADIBVS DIGNITATVM Ecclesiasticarum. Cap. II.

### S V M M A R I V M.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1 Papa habet curam, &amp; regimen Universali Ecclesiæ.</p> <p>2 Cardinales personas Apostolorum representant, &amp; sunt pars corporis, ac membra Papa.</p> <p>3 Cardinalium gradus est tripartitus in Episcopos Presbyteros, &amp; Diaconos. Est ultra septuaginta esse non possunt.</p> | <p>4 Cardinales Episcopi sex.</p> <p>5 Optantur sex Episcopatus Cardinalium inter presentes.</p> <p>6 Cardinales in eorum Episcopatibus habent ordinariam jurisdictionem.</p> <p>7 Cardinales Presbyteri 50. &amp; Diaconi 14. esse possunt, &amp; numerus 70. à Papa Clemente Octavo fuit expletus.</p> |
|--|--|

B 3

8 Car.